


**05
A
1696**



2

GRÆCARUM LITERARUM
STUDIOSOS
LECTIONES ^{Ad} PUBLICAS,
^{Qvibus}
DIVI PAULI
AD GALATAS EPISTOLAM
PHILOLOGICE EXPOSITURUS
EST,
Benevolè invitat
M. BALTHASAR STOLBERGIUS,
Facult. Philos. & Græc. Lit. Profess. Publ.
Adjunctus.

WITTEBERGÆ,
Literis FINGELIANIS, exscribebat MICHAEL METER,
ANNO clo Iac LXVII.



MINISTERIUM DER VERTRETUNG VON OBERÖSTERREICH

ЗАДОНОВСКИЙ ГИМНОЗОЛ

INTRODUCTION

MAJORISERATAMODIA

EDWARD HILLIARD
T23

EDUCATIONAL & MENTAL SCI.

John B. Smith, Esq., of Boston, Mass., and Mr. Wm. H. Seward, of New York, N.Y.

außnuibA

ЗОЯ ДАЧА

新嘉坡華人總會總理兼總司理人等敬啟

MANO DE JESÚS

A. ♂ ♀.

Eleberrima inter Eruditos nostri
præsertim ævi, agitatur qvæstio, de sacris N.
Fœderis scripturis, utrum vulgaribus græcè
loqvendi modis constent; an talibus & vocabulis & phra-
sibus, qvæ Ebraeam potius aut Syriacam sapient lingvam?
Nobilissimus HEINSIUS, ut idioma sacrum rectius expo-
neret, peculiarem post aliòs prodidit Dialectum, præter
qvinq; (si adnumeres κοινὴν) Græcis cognitas, in Abâ & to-
to Oriente usitatissimam, qvæ animi sensa verbis græcis, &
compositionibus Ebraicis eloqvatur. Hâc Novum Fœdus
conscriptum affirmabat, qvam Hellenisticam dicebat ab
Hellenistis, qvi, ut ipse exponit, Judæi erant, omnes illi, qvi
extra patrios lares, extra Palæstinam vitam agebant, in qvi-
buscunq; orbis terrarum partibus: oppositi illis, qvi in Pa-
læstinâ habitabant, & Judæi vel Ebraistæ appellabantur.
Afferit porrò, qvod græcâ lingvâ usi sint, &, cum Ebraicè
nescirent, translationem Testamenti Veteris græcam ce-
lebraverint, cum Scripturas legerent in Synagogis. Sed &
ipsos Interpretes Hellenistas fuisse ait, & ita passim eos in-
digitat. Amplexi hanc sententiam alii sunt, & Hellenista-
rum gentem notam facere laboraverunt. Ast HEINSIO
se opposuit Eruditissimus SALMASIUS, qvi totum nego-
tium à capite arcessens, operosè demonstravit & luculentè,
inanem eorum fuisse conatum, qvibus autoribus novus
ille abortus Lingvæ Hellenisticæ in lucem prodierit. Se-

A 2

cuti

cuti sunt JOAN. CROJUS & MATTH. COTTERIUS,
qui rem omnem adeò confecerunt, ut nemo amplius in-
veniatur, qvi Hellenistarum, aut Lingvæ Hellenisticæ de-
fensionem suscipere velit. Nec nos post tantos, tamque
diligentes & in omni doctrinaram genere præstantes Vi-
ros, qvicquam de isthoc argumento sumus dicturi, ne a-
ctum agere videamur. Eò verò adduci nondum possum,
ut credam ἐνομάτων ζήτημα ψιλὸν fuisse, de quod Eruditiss.
VIRI certamen acre satis inierunt ; quod excusandæ HEIN-
SIANÆ sententiæ nunc prætenditur. Quaestio non erat,
quod nomen esse deberet versioni græcæ τῶν δι, aut scriptu-
ræ N. Test. De re totâ disputabatur, an omnino aliqua Dia-
lectus sub nomine Hellenisticæ eō modō descripta extite-
rit? De sacri textus cognitione agebatur, ad quam HEIN-
SIO duce nemo facilè perventurus est, cum ita qvavis
confundi, torqueri, everti queant, & vel ex aquâ vinum, ex
valle montem, imò ex *animi desiderio*, si lubeat, *asi-
num* facere liceat. Sic enim verba Num. xvi, 15. **לְזִקְחָתִי אֶת־לְחֵמִי מִהְבָּשָׂר נַשְׁאָתִי** reddiderunt LXX. **ἀπέπλυν-**
μα-χρενός αὐτῶν ἐληφα: & I. Sam. xxv, 11. **וְלֹקְתָּהִי אֶת־לְחֵמִי זָהָד־מִימִי** / **καὶ λήψομαι τὰς ἀρτὰς μα, καὶ τὸν οἶνόν μα.** Sic
Jesa. xxviii, 4. **גִּנְעֹל** verterunt ὄρθ. Alias ab Ebræâ veri-
tate dissonantias, quae ferè innumeræ sunt, tangere nolo.
Hujus rei evidentiam cum intelligentiis, Hellenistas de-
serunt, nec Lingvam Hellenisticam propugnant. Sed id
sibi concedi postulant, LXX. Interpp. editionem, & N. Test.
textum, plures Ebraismos ac Syriaismos intertextos Græcæ
orationis corpori, quasi notas ac nævos peculiares ostenta-
re. Unde nolunt de nomine controversiam moveri, li-
berumque; relinquent, ut vel Hellenistica, vel Ebraizans aut
Ebræo. Græca appelletur illa Elocutio, quae Ebræorum
ac Sy-

ac Syrorum idiomata verbis licet græcanicis, facie totâ ferè
repræsentat. Optimè hæc exposuisse videtur C. L. VOR-
STIUS, qvi in Philol. Sac. docere annicitur, multa esse vo-
cabula græca origine in N. Test. quæ novam quandam vim
atq; significationem receperint, in vulgari græcâ lingvâ
non observatam: eiq; innovationi occasionem dedisse
Vocabula Ebraica. E.g. Vox græca ΒΙΒΛΟΣ in significatione
libri convenit cum Ebr. בְּבִילָה, sed hæc etiam catalogum, re-
censionem, enumerationem notat: ad hanc ergo significa-
tionem extensum quoq; est vocabulum ΒΙΒΛΟΣ. Addit de-
inde phrases, quarum structura novâ est, quæq; juxta Ebreas
phrases ita sunt expressæ, ut verbum de verbo sit redditum.
De LXX. Interpp. versione parum sumus solicii, cum ple-
riq; doctissimorum Virorum contendant, eam hodie su-
perstitem, aut non esse genuinam τῶν ὁ, aut si est, admistio-
ne versionum aliarum, omissione obeliscorum, aliarumq;
notarum ab Origene appositarum, sic ubiq; luxatam, inter-
polatam, perturbatam, corruptam ac immutatam esse, ut
meritò alia ac diversa videri queat, nemoq; hodie judicare
possit, qvid in eâ versione sit τῶν ὁ, qvid Theodotionis aut
alterius vel Interpretis vel Correctoris. Qvod verò in N.
Test. græca quædam vocabula novè usurpata sint, non ne-
gandum adeò est. Οὐομαζετεῖν dicit Aristoteles, si vocabu-
la jam ante usurpata, ad novas res designandas transferan-
tur. Qvod verò occasionem dederint novis istis signifi-
cationibus vocabula Ebraea, certum est id non esse verum
de omnibus, fatente Dn. VORSTIO pag. 16. De cæteris, quæ
ab eodem urgentur, dubitare jure licet. Novè usurpata
sunt, χάρης, φῶς, σάρξ, πνεῦμα, ὕποι Φωτὸς, σάρκας αυγῆν, alia,
sed citra lingvæ detrimentum rebus novis ē quâdam ana-
logiâ significandis adhibita. Sed & hæc nova & peculiaria

A 3

cense-



censemus, quæ B. Paulus Philippenses docet cap. 2. ὃς ἐν μορφῇ
Φῆγες ὑπάρχων &c. Locutionibus græcis communibus
sua tamen locutus est Spiritus S. Atque in his styli sacri
proprietatem colloquamus, quæ ille à reliquis quorumvis
Auctorum scriptis longe abest, & distingui potest. In cæ-
teris nihil agnoscimus novi, cum nulla ferme sit earum vo-
cum ac phrasium, quæ ceu novæ notantur, quin apud ali-
quem etiam Veterum reperiatur. Et quid opus erat, ut,
qui loqui Ebraicè vel græcè voluit, aliam aliquam medita-
retur & comminisceretur Lingvam, quæ sibi ipsi & institu-
to suo repugnaret? Nulla vel minima ratio dari pot-
est, quamobrem Spiritus S. volens utilingvā aliquā,
lingvam illam corruperit, illig novam aliquam lin-
gvam inseruerit, scribit COTTERIUS. Non potuit pro-
bari CL. VORSTIO, quod doctissimi quidam Viri, quos C A-
SPAR WERSSIUS secutus est, verbum ἀντίσεως novè fabrica-
tum dicant, ad exprimendum Ebr. γνῶντα, quia id non erat
necessæ, cum multa suppeterent vocabula, quibus id, quod
exprimendum erat, reddi potuit. Non ignotum est, ait,
Græcos interpp. novè quædam finxisse ac fabricatos
esse: sed tum necesse fuit ita facere, quod vocabula
non suppeterent, quibus exprimerent Ebrea. An-
ne vero necesse erat, ut Matthæus τὸ βίβλον significationem
extenderet, nec suppeterbat aliud vocabulum usitatum, quō
ea sententia exprimi poterat? Quid aliud ex illâ occasio-
ne, quam urgent, oritur, præter ænigmata, & fortè difficilio-
ra, quam quæ in Theocriti Syringe reperiuntur. Ibi τυ-
φλοφόροι dicuntur ποιμένες à peris vel saccis, per μετάληψιν
& εὐάλλαξιν vocum in eadem tamen lingvâ græcâ, aliquâ
parte idem significantium. Τυφλὸς & ωνερὸς cæcum no-
tant, at πήροι est pera, ad quam significationem τυφλὸς ex-
ten-

tenditur à Poëta... Tale est λαγνακόγυνε προ χηλόπτε. λαγ-
ναξ & χηλές cista, sed χηληungula, cuius loco λαγναξ sumi-
tur. Conf. ἐξήγησις Ιωάννη πεδιασίμου εἰς τὴν τὸ Θεοφέρατού
εγγύα. Veruntamen, utut phrases & verba singula ē mo-
numentis profanorum possint erui, totum tamen oratio-
nis corpus non conveniet cum ea Grēcitate, quæ in profa-
nis scriptoribus occurrit, e. g. Demosthene, Isocrate, aliis.
Ita est: & causam ejus diversitatis supra insinuavimus. Ast
idem quoque verum est de ipsis profanis auctoribus, sive
grēcis sive latinis, inter quos pariter diversos characteres
loquendi observatnus. Ne tempore qvidem Demosthe-
ni omnes Auctores Attici & Oratores scripserunt Demo-
sthēnicē, ut nihil dicam de aliis, qui multis annis post i-
psū vixerunt. *Cultus & character orationis omnium*
sic communis est, qui Oratores haberi volunt, ut sin-
gulis suis sit ac proprius, ait Salmasius. In Attico di-
cendi genere quam dissimilis est Lysias Demostheni? I-
dedē verò negandum haud est, atticam esse orationē Lysiae.
Ne in duobus quidem, quamvis alter alterum imitari
contenderit, idem stylus deprehendit. Tacitum
singulari prorsus stylo usum esse, inter harum rerum perito-
tes constat; ita, ut tum ratione vocum peculiari lexico
quodammodo interpretandus sit, & ratione contextus
formaeq; à ceteris omnibus, etiam Sallustio, quem imitatus
dicitur, diversus aestimari debeat. Interim ex his ipsis, quæ
Tacito propria videntur, aliquva usurpata reperies in Sallu-
stio, in Pliniis, in Seneca, aliquva in ipso Cicerone & Livio; sed
rarius. Tantum abest, ut ē censu auctorum puræ & since-
ræ Latinitatis idem fuerit deletus, ut potius optimi & cla-
rissimi Oratoris laudem ab omnibus reportaverit. Et de
Charactere Novi Fœderis quamvis facilior expeditu esset, si

plu-

plures hodiè extarent, qvi græcē scripserunt, præfertim
vulgari & communi lingvâ. Amplior hæc controversia
est, qvām ut eam schedulæ hujus angustia capiat. Sunt &
alia, qvæ ab instituto hōc me avocant; ad qvæ jam proprius
accedendum. Hactenus profanam loqvendi rationem
ex Demosthene, & Atticas elegantias delibavimus: nunc
etiam sacram paulisper lustrabimus, & utrum hæc ab illâ
discrepet, uti qvidem decet, ac quantum ad nos ejus perti-
net consideratio, expendemus. Ad diem Martis proxi-
mum, horâ VIII. in Auditorio Collegii Veteris, initium
faciemus, ἀν Θεος θεληση. Quem rogamus humilimè, ut
felicia det auspicia, & prosperum addat eventum. P.P.

Domin. I. post Epiphan. Anno salutis
M. DC. LXVII.



05 A 1696

ULB Halle
003 779 203

3



Wona






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-744228-p0012-6

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.



M LITERARUM
DIOSOS
Ad
ES PUBLICAS,
Qvibus
P A U L I
TAS EPISTOLAM
CE EXPOSITURUS
EST,
erolè invitat
A R S T O L B E R G I U S ,
Græc. Lit. Profess. Publ.
Adjunctus.

TTEBERGÆ,
, exscribebat MICHAEL METER,
o clo Iac LXVII,

